

ere datum esset, si DEVS unigenito filio suo pepercisset, nec eum ἀνίλυθρον ὑπὲρ πάντων dedisset. Ex quo autem hoc ἀπαύγασμα τῆς δόξης καὶ χαρακτῆρ Ἰησὺς ὑποστάσεως τῆς Θεῶ Πατρὸς, splendor gloria & expressa imago DEI Patris, apparuit, exuta magis magisque in dies singulos imagine Diaboli, ad imaginem DEI renovari possumus, ut, sicut protavimus imaginem Adami, qui de terra est, jamque imaginem τῆς πονηρῆς induerat; ita loco ipsius suscipere queamus imaginem Adami alterius, qui de caelis est. Et utinam omnes etiam susciperent! Quod vero id parum fieri videas, ratio non una subest. In potissimis tamen recte fortassis habetur, quod rarissime quaeri audias; eccujus est imago, quam circumgesto? Deine, an Diaboli? Christine, an mundi? Nec non, quod forma vitæ Christi, quo in consistat, ferme ignoratur. Id quod nos movit, ut de forma hac juxta dictum Paulinum ad Gal. IV. pauca differere pie statuerimus. Deus adsit coeptis! Amen.

## Textus authenticus Græcus.

Τεκνία μου, ἔς πάλιν ὠδίνω, ἄχρις ἔμορφωθῆναι χριστὸς ἐν ὑμῖν.

Versio Tremellii & Junii, quæ etiam est Beza:

*Filioli mei, quos iterum parturio, usque quo formetur Christus in vobis.*

Versio Erasmi Roterodami, retinens verba Vulgatæ:

*Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis.*

Versio Gallicana:

*Mes petits enfants, pour lesquels enfenter je travaille*

ille